

Cap. 30. Doctr. Christ. Manifestum est autem omnem hominem proximum esse putandum, quia erga neminem operandum est malum. Iam vero si vel ei prebendum, vel a quo prebendum est nobis officium misericordie, recte proximus dicitur, manifestum est hoc precepto quo tenemur diligere proximum, etiam sanctos Angelos contineri, a quibus nobis tanta misericordia impenduntur officia, quantum nobis in scripturis animaduertere facile est, ex quo & ipse Dominus noster proximum se nobis dici voluit, quoniam seipsum Dominus Iesus significat operatum esse semivivo iacenti in via. A V G. 8. de Trini. Qui aut amat homines, aut quia iusti sunt, aut vt iusti sint, amare debet. Sic enim & seipsum amare debet, aut quia iustus est, aut iustus sic enim diligit proximum sicut seipsum sine villo periculo. A V G. 1. de Doctr. Christ. Si autem teipsum non pro parte debet diligere, sed propter illum vbi dilectionis tue rectissimus finis est: non faciente aliquis homo si & ipsum propter Deum diligis quod recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere, vt etiam ipse toto corde diligit Deum. C H R Y. super March. Qui autem hominem amat simile est, sicut qui Deum amat, quia imago Dei est homo, in quo Deus diligitur, sicut Rex in sua imagine honoratur. Et propter hoc dicitur hoc mandatum simile esse primo. O R I. Vel aliter quod mandatum sequens primo est simile, significat idem esse officium, & meriti in utroque; neque enim Dei sine Christo, aut Christi sine Deo potest vtilis esse dilectio ad salutem. Sequitur, in his duobus mandatis tota lex pendet, & prophete. A V G. de Quæst. euan. Pendet dixit, illuc refertur, vbi habet finem. R A B A. Ad duo enim hæc præcepta pertinere totus decalogus. præcepta quidem primæ tabulæ ad dilectionem Dei; præcepta secundæ ad dilectionem proximi. O R I. Vel quia qui omnia impletur quæ scripta sunt de Dei dilectione, & proximi dignus est magnas gratias a Deo percipere, vt intelligat omnem legem, & prophetas. A V G. 8. de Trini. Cum autem sunt duo præcepta, in quibus pendet lex, & prophete, dilectio Dei & proximi non immerito scriptura plerumque pro utroque vnum ponit, siue dilectionem Dei, sicut est illud. Scimus enim, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, siue dilectionem proximi, sicut est illud. Omnis lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed hoc ideo, quia qui proximum diligit, consequens est etiam vt Deum diligit. Ex vna enim eademque charitate Deum, proximumque diligimus: sed Deum propter Deum; nos autem & proximum propter Deum. A V G. 1. de Doctr. Christi. Sed tamen quoniam excellentior, & supra nos naturam est diuina substantia, præceptum quo diligimus Deum a proximi dilectione distinctum est, vt sit totum intelligas, i. animam, & corpus, & proximum tuum, i. animam, & corpus, nullum diligendarum rerum genus in his duobus præceptis prætermisissimæ est. Cum enim præcurrit dilectio Dei, sequitur dilectio proximi, eiusque dilectionis modus præscriptus sit, vt eum sicut teipsum diligas, simul & tui abs te dilectio prætermissa non est. C H R Y. in Hom. Iudæi aestimantes Christum esse hominem purum, eum tentabant, nec eum tentantes, si filium Dei credidissent. Volens ergo Christus ostendere, quod cognoscebat fallaciam cordis eorum, & quia Deus erat, nec manifeste voluit dicere veritatem, ne occasionem blasphemie inuenientes, Iudæi amplius in sinerent. Nec omnino tacere, quia ad hoc venerat, vt veritatem annuntiaret: ideo talem interrogationem eis proposuit, vt ipsa interrogatio eis ostenderet quis esset. Vnde dicitur: Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? C H R Y. in Hom. Discipulos quidem primum interrogauit quid alii dicerent de Christo, & tunc quid ipsi dicerent: hos autem non ita. Profecto enim seductorem, eum dixissent & malum, existimabant autem, quoniam Christus purus homo erat, & ideo dixerunt eum esse filium Dauid, & hoc est quod subditur: Dicit ei, Dauid: Ipse autem hoc reprehendens, inducit prophetam dominationem eius, & proprietatem filiationis, & eorum honorem, quæ est ad patrem restantem. Vnde dicitur: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec, & C H I E R. Testimonium hoc de 109. Psal. sumptum est. Dns ergo filius Dauid vocat: non enim id quod de eo natus est, sed enim id quod natus

est ex patre, semper fuit præueniens ipsum carnis suæ patrem, vocat autem eum Dominum suum, non errore incerto: nec propria voluntate, sed spiritali. R E M I. Quod autem dicitur: Sede a dextris meis: non intelligendum est, quod Deus corporeus sit, vt dextram, vel sinistram habeat: sed a dextris Dei sedere, est in honore & æqualitate paterne dignitatis manere. C H R Y. super Matth. Puto autem hanc interrogationem non solum contra Pharisæos, sed etiam contra hæreticos posuit: hæc secundum carnem vere filius erat Dauid: Dns autem enim diuinitatem. C H R Y. in Hom. Non autem in hoc fuit, sed vt timeant, subdit: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, vt scilicet ita eos inducat. O R I. Deus etiam non ad perditionem solum ponit scabellum pedum Christi inimicos ipsius, sed ad eorum salutem. R E M I. Donec autem, pro infinito ponitur, vt sit sensus: Sed semper, & inimici tui in sempiternum subiciuntur pedibus tuis. G L O. Quod autem a patre inimici subiciuntur filio non infirmitate filii, sed vnitatem naturæ significat. Nam & filius subicit inimicos patri, quia patre clarificat super terram. Et ex hac autoritate concludit. Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? H I E R. Interrogatio hæc nobis proficit vsque hodie contra Iudæos. Et hi enim qui confitentur Christum esse venturum: hominem simplicem & sanctum virum asserunt de genere Dauid. Interrogamus ergo eos de ista Domino si simplex homo est, & tantum filius Dauid, quomodo Dauid vocat eum Dominum suum. Iudæi autem ad dilectam interrogationis veritatem, friuola multa conferunt: vernaculum Abrahamæ asserentes, cuius filius fuit Danaus Eliezer, & ex ipsius persona scriptum psalmum, quod post eadem quinque Regum Dominus Deus, Domino suo Abraham dixerit: Sede a dextris meis, donec ponam. Quos interrogamus, quomodo dixerit Abraham ea quæ sequuntur, & respondere cogamus, quod Abraham ante Luciferum genitus sit, & quomodo Sacerdos fuit. Ordo Melchisedech, pro quo Melchisedech obtulerit panem & vinum, & a quo decimas prædeceperit. C H R Y. in Hom. Hoc tantum imposuit finem ipsorum disputationibus quasi magnum, & sufficiens præcludere eorum ora. Vnde sequitur: Et nemo poterat respondere ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Siluerunt enim ex tunc non volentes, sed non habendo aliquid dicere. O R I. Si autem interrogatio eorum fuisset ex voluntate ausi eum interrogare. R A B A. Ex hoc autem intelligimus venena inuidia superari posse, sed difficile quietescere.

C A P. X X I I I.

H R Y. super Mattheæ. Postquam Dominus Sacerdotes responso ne prostrauit, & incorrigibile eorum conditionem ostendit, sicut clericis, si male fecerint inimici debiles sunt, laici vero delinquentes facile emendantur: tunc conuertit sermones ad Apostolos, & ad populum. Vnde dicitur: Tunc locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos. Infructuosum namque est verbum, in quo sic aliter confunditur, vt aliter non erudiat. O R I. Sunt autem meliores discipuli Christi reliqui turbas, & inuenis in ecclesiis quosdam affectuosius accedere ad verbum Dei esse discipulos Christi: ceteros autem populum esse ipsius. Et interdum quædam discipulis solis dicit, quæ ad vero turbas, alia vero turbis simul, atque discipulis, sicut sunt hæc. Vnde sequitur: Dicens, super Cathedralam Moysi: Qui legem Moysi profitentur, & interpretari se gloriantur, hi sedent super cathedram Moysi. Qui ergo non recedunt a litera legis, Scribae dicitur. Qui autem minus aliquid profitentes diuidunt, se ipsos quasi meliores a multis Pharisæis dicuntur, quod interpretantur, diuisi. Qui autem Moysen in spiritualem virtutem intelligunt, & exponunt: sedet quidem super cathedram Moysi, sed non sunt Scribae, & Pharisæi, sed his meliores dilecti Christi discipuli. Post aduentum autem Christi sedent super cathedram ecclesiæ, quæ est cathedra Christi. C H R Y. super Mattheæ. Videndum est tamen, quomodo quis super cathedram sedeat, quia non cathedra facit Sacerdotem, sed Sacerdos cathedram, non locus sanctificat hominem, sed homo locus. Ideoque malus Sacerdos de Sacerdotio suo crimem acquirit: non



C A P. XXIII.

Trad. 23.

Trad. 14.

non dignitatem. C H R Y. in Hom. Ne autem aliquis dicat, qui propter hoc desidiore factus sum ad agendum, quia malus est doctor, hanc deliruit occasionem, cum subdit: Omnia ergo quæcumque dixit, vo. ser. & facite. Non enim sua dicunt, sed quæ Dei sunt, quæ per Moysen Deus in legem deduxit. Et intuerent quanto circa Moysen vtrius honore, eam iterum quæ ad verum est testamentum concordiam ostendens. O R I. Si autem Scribae, & Pharisæi sedentes super cathedram Moysi, sunt Iudæorum doctores, secundum litteram doctores legis mandata, quomodo iuber nos Dominus in omnia quæ dicuntur illi, facere? cum Apostoli in Actibus veteret fideles viuere in litteram legis: Sed illi docent enim litteram, legem spiritaliter non intelligentes. Quæcumque ergo dicunt nobis ex lege, intelligentes sensum legis, facimus & seruamus, nequaquam facientes in opera eorum. Non enim sicut lex docet faciunt, nec intelligunt velamen esse super litteram legis. Vel cum omnia audieris non omnia intelligas præcepta legis, puta multa quæ de eis sunt, & quæ de hostiis & similia, sed ea quæ corrigunt mores. Sed quare non de lege gratia hoc mandauit, sed de doctrina Moysi? quia. In nondum erat tempus præcepta nouæ legis ante tempus passionis manifestare. Mihi autem videt, & aliquid aliud prædicans ille hoc dicit: quia enim accusatus erat Scribae, & Pharisæos in sequentibus sermonibus, ne videretur apud stultos hoc eorum principatum cupere, vel propter inimicitiam hoc face re, primum a se hanc suspicionem remouet, & tunc eos incipit reprehendere, vt turbæ non in eadem vitia incidant: & ideo ne existimetur quia debent eos audire: ideo eos debet in operibus imitari. Subditur enim: Secundum uero opera eorum nolite facere. Quid est autem doctore illo miserabilis, cuius vitam discipuli cum non sequuntur saluatur, cum imitantur perduunt? C H R Y. super Matth. Sicut autem aurum de terra eligitur, & terra relinquitur, sic & auditores doctrinam accipiant & mores relinquunt. Frequenter enim de homine malo bona doctrina procedit, sicut autem Sacerdotes melius iudicant propter bonos malos docere, quod propter malos bonos negligere. Sic & subdit: propter bonos Sacerdotes etiam malos honorem, ne propter malos boni etiam contentantur, melius est enim malis iniusta præstare, quam bonis iusta subtrahere. C H R Y. in Hom. Considera uero vnde incipit eos reprehendere. Nā sequitur: Dicunt enim, & non faciunt. Maxime enim accusatio dignus est, qui doctrinam auctoritatem habens, legem vransgrediret primo quidem, quia præuocatur, qui alios corrigere debet: deinde, quia peccans, maiore poena dignus est, propter honorem: tertio, quia plus corruptum velut in ordine doctoris peccans. Rursum autem et aliam eorum reprehensionem ponit, quoniam graues sunt sibi subiectis. Vnde sequitur: Alligant enim onera graua. In quo duplicem eorum malitiam ostendit: vna quidem in hoc, quod sine uenia expetunt a subiectis summam diligentiam: vtraque autem in hoc, quod subiectis multam concedunt licentiam. Oportet autem bonum principem e contrario se habere. in his enim quæ secundum seipsum sunt, grauem iudicem esse. in subiectis autem mansuetum. Incendunt autem qualiter & eorum reprehensionem aggravat. Non enim dicunt: Non possunt, sed Nolunt: neque dicit, portare, sed digito mouere. i. neque prope fieri, neque tangere. C H R Y. super Mattheæ. Et quidem quantum ad Pharisæos, & Scribas, de quibus loquitur: onera graua, & importabilia dicit legis mandata, de quibus Petrus in Actibus dicit: Vt quid vultis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Onera enim legis quibusdam rationibus fabulosis commendat: auditoribus quasi vincula super humeros cordis eorum alligabant, vt velut rationis vinculo conficti, non reicerent ea a se. Ipsi autem nec ex modica parte ea implebant. i. vt non dicant pleno opere, sed nec modico tactu. i. digito. G L O. Vel alligant onera. i. vnde dicitur traditiones colligunt, quæ conscientiam non leuant, sed grauant. H I E R O. Humeri autem, & digitus, & onera, & vincula, quibus alligant, onera spiritaliter sunt intelligenda. Hic etiam generaliter Dominus aduersus omnes magistrum loquitur, qui grandia iuberent, & minora faciunt. C H R Y. super Mattheæ. Tales autem sunt qui graue pondus venientibus ad penitentiam imponunt, & sic dum poena penitentiam fugitur: continentur poena futura. Si enim faciem super humeros adolescentis, quem non potest balulare posteris, necesse habet, vt aut faciem reiciat, aut sub pondere confringatur, sic & hoc, cui graue pondus penitentiae imponis, necesse est vt aut penitentiam reiciat, aut suscipiens dum suffere non potest, scandalizatus amplius peccet. Deinde & si erramus, modicam penitentiam

am imponentes: nonne melius est propter misericordiam redde re rationem, quam propter crudelitatem? vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus, vt quid Sacerdos eius austerus? Vis apparere sanctus? circa tuam vitam esto austerus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & graua facientem. Talis est autem Sacerdos qui sibi indulget, & alios exigit, quemadmodum malus descriptore tri buti in ciuitate, qui se releuat, & onerat tributentes. C H R Y. in Hom. Supra, Dominus arguerat Scribas, & Phariseos crudelitatis, & negligentia, conuenienter autem arguit eos inanis gloria, quæ fecit eos a Deo recedere. vnde dicit: Omnia opera sua fa. vt vide. ab hominibus. C H R Y. in Hom. In omni re nascitur, quod ipsam exterminat, sicut ex ligno vermis, & ex vellimento tinea. vnde Sacerdotum ministerium, qui possi sunt ad edificationem sanctitatis corrumpere diabolus nititur, vt hoc ipsum bonum, dum propter homines fit, fiat malum. Tolle hoc vitium de clero, & sine labore omnia reserabis. ex hoc enim fit, vt difficile clericis peccantes, penitentiam agant. Vult autem Dominus in hoc ostendere causam, propter quam non poterat credere Christo, hoc est, quia omnia faciunt, vt videantur ab hominibus: impossibile enim est vt credat Christo celestia prædicanti, quod gloriam hominum concupiscit terrenam. Legi enim aliquem interpretantem hunc locum. Supra cathedram. i. in honore, & gradu, quod fuerat Moyses constituti sunt Scribae, & Pharisæi indigni, quæ legem prophetantem de Christo venturo prædicabant alius: ipsi autem non recipiebant præsentem, propter hoc hortatur populum audire legem, quam prædicabat. i. credere in Christum prædicatum a lege, & non imitari Scribas, & Pharisæos incredulos, & reddit causam quare prædicabant ex lege Christum venturum, & non credebant in eum, quia. Omnia opera sua faciunt, ut ab hominibus videantur. i. quia non prædicabant Christum venturum desiderio aduentus eius, sed ut doctores legis esse ab hominibus uiderentur. O R I. Ad hoc autem opera sua faciunt ut ab hominibus videantur: uisibilem suscipientes circuncisionem, & uisibilem corporalia fermenta auferentes de cibibus suis, & similibus similia agentes, Christi uero discipuli legem in oculis implent, quasi in occulto constituti Iudæi, ut Apostolus dicit. C H R Y. in Hom. Vide autem hic, quod quadam intentione eos incusat. Non enim simpliciter ait, quod faciunt opera sua ut uideantur ab hominibus, sed addidit omnia. Deinde monstrat, quæ neque in magnitudine gloriantur, sed in quibusdam uilibus rebus. unde subdit. Dilatant enim Phila. sua, & magnificant fimbrias. H I E R. Dominus enim, cum dedisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit. Ligabis ea in manu tua, & erunt semper ante oculos tuos, & est sensus: Præcepta mea sint in manu tua, ut opere compleantur. sint ante oculos tuos, ut die, ac nocte mediteris in eis. hoc Pharisæi male interpretantes scribebant in membranis decalogum Moysi. i. decem legis uerba, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronam capitis facientes, vt semper ante oculos moueretur. Insuero quoque alium Moyses, ut in quatuor angulis palliorum habentinas fimbrias faceret, ad Israelis populum discernendum, ut quomodo in corporibus circuncisionis signum Iudæicæ gentis daret: ita uestis haberet aliquam differentiationem. Superfluitus uero magistri captantes aurum popularem, atque ex mulieculis captantes lucra, faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut uidelicet ambulantes & sedentes, interdum pungerentur, & quasi hac cõmonitione retraherentur ad ministeria seruitutis Dei. Picariola ergo illa decalogi, Philacteria uocabant. i. conseruatoria, eo quod quicunque habuissent ea, quasi ob custodiam, & munimentum tui haberent. Non intelligentibus Pharisæis, quæ hæc in corde portanda sunt non in corpore: alioquin & armaria, & arcæ habent libros, & noticiam Dei non habent. C H R Y. Illo rum autem exemplo adhuc multi aliqua nomina hebraica Angelorum consingunt, & scribunt & alligant, quæ non intelligentibus metuenda uidentur: quidam uero aliquam partem euangelii scriptam circa collum portant. Sed nonne quotidie euangelium in ecclesia legitur, & auditur ab omnibus? Cui ergo in auribus posita euangelia nihil profunt, quomodo eum possunt circa collum suspensa saluare? Deinde, ubi est uirtus euangelii, in figuris literarum, an in intellectu sensuum? Si in figuris, bene circa collum suspensis: si in intellectu, ergo melius in corde posita profunt, quæ dilatant uerba sua de probris obseruantibus, quasi Philacteria. i. conseruatoria salutis, ea populo assidue prædicantes. Fimbrias autem

Hom. 73.

Trad. 15.

uelim en-



vestimentorum magnificat dicit supereminetias eorundem mandatorum. HIERO. Cum autem superflue Philacteria dilarent, & magas faciant fimbrias, gloriam cupientes ab hominibus, consequenter arguuntur in reliquis, vnde dicitur: Aman enim primos accu. in cor. & primas cathe. in Synago. RABA. Notandum, q non saluati in foro non primo sedere, vel discumbere vetat eos, quibus hoc officii ordine conuenit, sed eos qui hanc, siue habita, siue no habita indebite amant a fidelibus quali improbos dicit esse cauendos. CHRY. Non enim vituperat eos, q in primo loco recumbunt, sed eos qui amant primos discubitus ad voluntatem vituperationem referens non ad factum. Sine causa enim, loco se humiliat, qui corde se preferat. aliquis enim iactator audiens laudabile esse in vltimo loco discumbere, discumbit post omnes: & non solum iactantiam cordis non dimittit, sed adhuc aliam iactantiam humilitatis acquirat, vt qui vult videri iustus, & humilis videatur. Multi enim superbi corpore quidem in nouissimo recumbentes, cordis autem elatione videntur sibi in capite recumbere, & multi sunt humiles in capite recumbentes, & conscientia se in vltimo esse existimant. CHRY. in Homil. Intende aut vbi in eis vana gloria dominabatur in Synagogis, scilicet in quas intrabant, alios directuri. In cœnis hoc pati qualitercumque tolerabile erat, quāuis doctorem in admiratione esse oporteat, non in ecclesia solum, sed vbique. Si autem diligere talia est inuicatio, q malum est, vnde, vt his aliquis potius? CHRY. super Mat. Primas etiā salutationes amant, non solum in tempore, vt eos primum salutemus, sed etiam in voce, vt clamantes dicamus: Aue Rabbi, & in corpore vt flexis capitibus eis incuruemur, & in loco, vt in publico salutentur, vnde dicit. Et salutationes in foro. RABA. Quāuis in hoc culpa non caret, si idem in foro litibus interesse qui in cathedra Moysi Magistri Synagoge cupiunt appellari, & vocari ab hominibus Rabbi. CHRY. super Matth. i. vocari volunt, & non esse. nomen appetunt, & officium negligunt. ORI. In ecclesia etiam Christi inueniuntur mensarum suscipientes primatum, vt diacones fiant: consequenter autē primas cathedras eorum, qui dicuntur presbyteri praeipere ambiunt, quidam autem machinantur, vt episcopi vocentur ab hominibus: hoc est Rabbi. Christi autem discipulus diligit quidem in spiritualibus cœnis recubitus primos, vt meliora spiritualium ciborum manducet. Diligit etiam, cum Apostolis sedentibus super duodecim thronos, primas cathedras actibus bonis dignum se p̄bere festinans cathedris huiusmodi, sic autem & salutationes diligit quæ sunt in nudinis cœlestibus. i. cœlestibus primitiuorum congregationibus. Vocari autem Rabbi neque ab hominibus, neque ab aliquo alio diligit iustus, quia vnus est Magister omnium, vnde subdit: Vos autem noli vocari Rabbi. CHRY. in Homil. Vel aliter: Præmissorum de quibus Phariseos inuenerat, talia quidem sicut parua & vilia prætermisit, quasi discipulis de his instrui non indigentibus: sed quod erat omnium malorum causa. i. thronum appetere magistralem, hoc in medium ducit ad discipulos in struendum, vnde subdit: Vos autem nolite voc. Rab. vnus est. n. Magister vester. CHRY. super Mattheum, quasi dicat: Nolite vocari Rabbi, ne quod Deo debetur, vobis præsumatis. Nolite alios vocare Rabbi, ne diuinum honorem hominibus deferatis. Vnus est enim Magister omnium, qui omnes homines naturaliter docet. Si enim homo hominem erudiret, omnes homines discerent, qui habent doctores, nunc autem quia non homo docet, sed Deus, multi quidem docentur, pauci autē discunt. Non enim homo intellectum præstat homini docendo, sed a Deo præstitum p̄ admonitionem exercet. HILA. Et vt meminerint discipuli se filios parentis vnus, & per nouæ natiuitatis generationem terreni ortus excessisse primordia, subdit: Omnes autē vos fratres estis. HIERO. contra Heluidium: Omnes autem homines affectu fratres dici possunt, quod in duo diuiditur, in speciale & commune. In speciale, quia omnes Christiani fratres vocantur. Porro in commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate coniungimur. Sequitur: Et patrem nolite vo. &c. CHRY. super Mattheum. In mundo enim, quāuis homo hominem generat: tamen vnus est pater qui omnes creauit. Non. in initium vite habemus ex parentibus, sed transitum vite per eos accipimus. ORI. Sed quis non vocat patrem in terris, qui per omnem actum secundum Deum impletum dicit. Pater noster, qui es in cœlis? GLO. Quia vero apparebat quis esset omnium pater, in hoc quod dixerat: Qui es in cœlis, vult exponere quis sit omnium Magister, vnde præceptum de Magistro iterum repetit, di-

cent: Nec vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus. CHRY. in Homil. Non tamen dum dicitur Christus Magister, excludit patrem, sicut neque ex hoc quod Deus pater noster dicitur hominum pater, excluditur Christus. HIERO. Quæritur autem, quare aduertum hoc præceptum Apostolus doctorem Gentium se esse dixerit, aut quomodo in monasteriis vulgato sermone se inuicem patres vocant? Quod sic soluitur. Aliud est esse natura patris, vel matrem, aliud indulgentia. Nos si hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus: non auctorem nostræ ostendimus vite. Magister enim dicitur ex consortio veri Magistri, & ne infinita replicem, quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius non præiudicat cæteris, ne per adoptionem Dii vocentur, & filij: & vnus pater & magister non præiudicat alijs, vt abusus uocentur, & patres & magistri. CHRY. in Homil. Non solum autem Dominus primatus cupere prohibet, sed ad contrarium auditorio inducit. vnde subdit: Qui maior est vester, erit minister vester. ORI. Vel aliter. Et si ministrat quis verba diuina, sciens quia Christus in eo fructificat, nequaquam se magistrum, sed ministrum proficitur, vnde sequitur: Qui maior est vester, erit minister vester, quoniam & ipse Christus cum esset vere magister, ministrum se esse professus est, dicens: Ego sum in medio vesterum, quasi qui ministrat, bene autem post omnia quibus uane gloriæ uerant concupiscentia: addidit dicens. Qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur. R. E. M. I. Quod sic intelligitur: Omnis qui se de suis meritis extollit, apud Deum humiliabitur, & qui se de beneficijs humiliat, apud Deum exaltabitur. ORI. Christus quasi uere filius Dei, illius qui legem dedit, secundum similitudinem benedictionum quæ sunt in lege dedit, & ipse beatitudines eorum, qui saluantur, secundum similitudinem autem maledictionum positarum in lege ponit uas, aduersus peccatores dicens: Vah uobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui iactantur bonitatis esse, aduersus peccatores ista pronuntiare intelligunt, quia simile est propositum Dei in maledictionibus legis, siue autem illa maledictio, siue istud uas, non ex pronuntiantie continet peccanti, sed ex peccatis, quibus dignum se præbet ad susceptionem istorum quæ Deus discipline causa pronuntiauit, vt conuertant homines ad bonum, sicut pater increpans filium profert uerba maledictionis, nec tamen uult illum dignum fieri maledictionibus illis, sed magis ab eis diuertere. Huius autem uas causam subdit: Qui clau. reg. cœ. ante homi. vos au. non intra. nec intro. fitis intra. Hæc duo præcepta naturaliter inseparabilia sunt, quoniam hoc ipsum sufficit ad expulsiōnem, q̄ alios non permittit intrare. CHRY. super Mattheum. Regnum cœlorum dicitur scriptura, quia in illis insitum est regnum cœlorum, & ianua est intellectus earum. Vel regnum cœlorum est beatitudo cœlestis: ianua autem est Christus, per quem introitur in eā. Clauiculi autem sunt Sacerdotes, quibus creditur esse uerbum docendi & interpretandi scripturas. clauis autem est uerbum scientiæ scripturarum, per quam aperitur hominibus ianua ueritatis. Apertio autem eius est interpretatio uera. Vide autem, quia non dixit: Vah uobis qui aperitis, sed qui clauditis, ergo non sunt scripturæ clausæ, licet sint obscuræ. ORI. Pharisei ergo, & Scribæ nec intrabant, nec eum uolebant audire, qui dixit: Siquis per me introierit, saluabitur. Et nec intrantes, i. eos qui credere poterant propter ea quæ a legē, & Prophetis ante fuerant declarata de Christo: introire sinebat, cum omni terrore ianuam claudentes; adhuc derogabant doctrinæ eius, & subuertebant omnem prophetiam scripturam de eo, & blasphemabāt omne opus ipsius quasi falsum, & a diabolo factum. Sed & omnes qui mala conuersatione sua dāt exemplum peccandi in populo, & qui faciunt iniuriam, scandalizantes pusillos: claudere videntur ante homines regnum cœlorum. Et hoc peccatum inuenitur quidem in populis, maxime autem in doctores, qui docent quod docet secundum iustitiam euangelij homines, non autem faciunt quod docent. Bene autem uiuentes, & bene docetes aperiant hominibus regnum cœlorum, & dum ipsi intrant, alios prouocant introire. Sed & multi non permittunt intrare in regnum cœlorum, intrare uolentes, quando & sine ratione excommunicant quosdam propter aliquem zelum, qui meliores sunt quam ipsi, & ipsi quidem non permittunt eos introire. Illi autem qui sobrii sunt mente, patientia sua tyrannidem eorum uincunt, quāuis ueriti, tamen intrant, & hereditant regnum. Sed & qui cum multa temeritate se ipsos dederunt ad professionem docendi priusquam discerent, & Iudaicas fabulas imitantes:

imitantes, detrahunt eis qui ea quæ sursum sunt in scripturis requirunt, claudunt quantum ad se ante homines regnum cœlorum. d. CHRY. in Hom. De reliquo Dominus de gula eos reprehendit, & quod deterius est, quoniam non a diuitibus, sed a uidiuis accipiebant unde ventrem implerent, & illorum inopiam contrebant quam releuare oportebat. vnde dicitur: Vah uobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui comeditis domos uidiuarum, orationes longas orates, propter hoc amplius accipietis iudicium. e. Vah uobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelutum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplo quam vos. f. Vah uobis duces cæci, qui di-

capitulum XXIII. HIERO. 80. hypocrisis dicitur: Et cum sic. fa. faci. eum si. gehennæ dr. q̄ vos. A V G. contra Faustum. Hoc autem, non quia circuncidebatur dicitur: sed eorum, quia mores imitantur, a quibus imitandis suos cohibuerat, dicens. Super cathedra Moysi. In quibus uerbis utrumque debet aduerri, & quantus honor delatus sit doctrinæ Moysi, in cuius cathedra etiā magistri sedentes, bona docere cogebantur, & inde fieret profelitus filius gehennæ, non quidem uerba legis audiendo, sed eorum sectando. Propterea autem duplo quam illi, quæ hoc negligebat implere, qd̄ propria uoluntate suscepit: non ex Iudæis natus: sed sponte Iudæus factus. HIERO. Vel quia ante dum esset Gentilis, simpliciter errabat, & erat semel filius gehennæ. Videns magistrorum uita, & intelligens destruere eos opere, quod uerbo docerant, reuertitur ad uomitum suum, & Gentilis factus, quasi prauaricator maiori pena dignus erat. CH R Y. super Mattheum. Vel quia forte sub cultura Idolorum cõstitutus, vel propter homines iustitiam seruabat: factus autem Iudæus malorum magistrorum prouocatus exemplo, fiebat peior magistris. CH R Y. in Homil. Cum enim uirtuosus fuerit magister, discipulus imitatur: cum autem fuerit malus, superexcedit. Filius autem uocatur gehennæ, quomodo filius perditionis, & filius huius seculi. Vnusquisque enim cuius opera facit, huius filius appellatur. ORI. Ex hoc aut loco dicitur, quoniam & eorum qui in gehennâ futuri sunt, erit differentia tormentorum, quando alter est simpliciter filius gehennæ: alter uero dupliciter. Sed & hic uidere oportet, & si generaliter est fieri aliquem filium gehennæ, ut puta Iudæum, aut Gentilem, aut etiam specialiter, vt per singulas species peccatorum fiat quis filius gehennæ, ut iustus quidem secundum numerum iustitiarum suarum augetur in gloria, peccator autem in numerum peccatorum suorum multiplicetur in gehennâ. f. HIERO. Sicut in Philacterijs, & fimbrijs dilatatis opinio sanctitatis captabat gloriam, & per occasionem gloriæ querebant lucra, sic alia traditionis fraude inuenta, impietatis arguit transgressores. Si quis enim in contentione, seu in aliquo iurgio, vel in causa ambiguo iurasset in templo, & postea conuictus esset mendacii, non tenebatur criminis reus. Et hoc est quod dicit: Vah uobis du. ca. qui dicit. Quicumque iurauerit per templum, nihil est. qd̄. Nihil debet. Sinaut iurasset in auro, & pecunia, quæ in templo Sacerdotibus offerrebat, statim id, in quo iurabat cogebatur exsoluere, unde sequitur: Qui autem iura. in auro, temp. debet, vel debitor est. CH R Y. super Mattheum. Templum quidem ad gloriam Dei pertinet, & ad hominum spirituale salutem. Aurum autē templi, etiā ad gloriam Dei pertinet: magis ad delectationem hominum, & ad utilitatem Sacerdotum offertur. Iudæi ergo aurum quo ipsi delectabantur, & dona quibus paciebantur sanctiorum dicebant esse q̄ ipsum templum, ut homines promptiores facerent ad offerenda bona, q̄ ad præces fundendas in templo, vnde conuenienter reprehendit eos Dominus, dicens: Stulti & cæci: Quid enim maius est, aurum, an templum, quod sancti. aurum? Multi autem nunc Christiani sic insipientes intelligunt. Ecce enim si aliqua causa fuerit: modicum uidetur facere qui iurat per Deum. Qui autem iurat per euangelium, maius aliquid fecisse uidetur. Quibus similiter dicendum est: Stulti, & cæci, nam scripturæ propter Deum scriptæ sunt, non Deus propter scripturas. Maior ergo est Deus qui sanctificat euangelium, quam euangelium, quod sanctificatur ab eo. HIERO. Rursum, si quis iurasset in altari: perituri reum nemo retinebat: si autem iurasset, in dono, uel in oblationibus: hoc est in hostia, uel in uicinis, in similia, & cæteris, quæ offeruntur Deo super altare: hoc studioissime repetebant. Torum autem faciebant non ob Dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem, unde sequitur: Et qui iura. in altari, nihil est. Qui autem iura. in dono, quod super illud est, debet. Arguit enim eos Dominus stultitiam & fraudulentiam, q̄ multo maius sit altare, q̄ hostia quæ sanctificatur ab altari, unde sequitur: Cæci, quid. n. maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum? GLO. Et ne forte in tantam insaniam prorumperent, ut dicerent aurum sanctius esse templo, & donum altari: eos alia ratione contincit, quia uidelicet, in iuramento quod fit per templum & altare, continetur iuramentum quod fit per aurum, uel per donum. Et hoc est quod subdit: Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt, & qui iurauerit. ORI. Similiter, quoniam Iudæi

Tra. 15.

Homil. 73.

Tra. 15.

Cap. 7.

Li. 18. c. 29.

Tra. 15.